I753 In Capellam Majorem tres gradus è marmore excisi à plano Ecclesia ascensum prebent.

Eius longitudo est cubitorum I2 unciarum I6;

latitudo II, et es amplius

altitudo I5

Pavimentu sternitur lateribus; cementitia concameratio non inelegantis structura desuper impedet; Cancelli marmorei columella opere frontem sepiunt cum valvulis ferreis.

A plano Capella per duos grados marmoreos, nec non per ligneam bradellam gradum facimus ad Altare.

Id. à pariete posteriori Capella distat cubitis 2 et uncijs I6 circiter.

Stipes partini lapidibus, partim duro marmore constare supra diximus. Crux, et Candelabra suprà duobus gradibus marmoreis item solent collocari.

E regione Altaris pendet, et assiduè collucet lampas Oleo olivarum nutrita.

Inter chorum, et Populum surpà epistylium adoranda proponitur Crux, et Christi D.ni in ea affixi imago velo rubro circumornata.

da : VISITE PASTOTALI

anno 1753

Cappella

BATTISTERO

–

~~Fonte Batt.~~1

1753

1752 In hac Capellam ad Aquilonem extructam, ligneisque cancellis cum valvulis munitam per unicu gradum à plano Ecclesia ascendimus.

Solum opere testaceo, tectum inferius cementitio constat. Lucem excipit é fenestra, quae una est, et ad norman munita.

Fons aqua baptismalis ex solido marmore formae, octangularis constat, firmiterque columellae innixus in medio descrpta capella collocatur. Fontis operculum è curpo est desubtus stannato. Aqua in Sabbato Sancto quotannis renovatur.

Ciborium octangulare est, et pyramidalem in modum desinit; intrinsecus, et extrinsecus tela albi coloris obtegitur.

ejus valvulae ità adaperientur, ut baptizantis Sacerdotis facies aquilonem spectet.

In pariete laterali huius Capella, ad dexteram ingredientis extructum est Sacrarimm, cuius fundus opere testaceo stratus canaliculos habet, atque in medio foramen forma rotunda, quod pilà marmoreà obstrui solet.

da : VISITE PASTORALI
anno 1753

CAPPELLA
" Beata
Verg. Maria "
1753
Via [illegible]

1753 de Capellis in quibus missa non celebratur

Adest Capella ejusmodi secus viam muro septa, et in frontispicio chathris ligneis munita. Inibi in pariete depicta visitur imago B.V. MARIAE.

Distat haec Capella ab Ecclesia parochiali passus tercentum.

da : VISITE PASTORALI

anno I753

Capella
" IMMACOLATA
CONCEZIONE "

I753 Tex Capellae minores enumerantur in hac Ecclesia Parochiali; eaurum Una sub. INVOCATIONE, et Titulo B. V. MARIAE existens quadranguli forman exhibet, latè patet cubitis OCTO, longè NOVEM uncijs OCTO; altè cubitis DUODECIM I753
Sub fornice est opere plastico, et sacris licturis exornato. Pavimentum habet testacem; cancellos marmoreos; Parietes,uti etiani fornix huius Capellae rimas apunt. Super Altari intrà loculamentum à parte anteriori vitris pellucidis obductum, colitur sacra effigies B. VIRGINIS MARIAE è ligno affabrè ducta.

da : VISITE PASTORALI

anno I753

Cappella

" Sant'ANTO-

NIO da Padova

"

I753 Altera Capella celebrerrimo Christi Confessori Divo ANTONIO Patavino dicata assurgit ad altitudine m cubitorum item DUODECIM, latè panditur OCTO, longè excurrit cubitis Quinque, et uncijs OCTO Super Altaru intrà loculamentum asservatur Sacra Icona Divi ANTONIJ Item inibi in capsula quiescunt Ossa Divi MAGNI, in alia verò Capsula Ossa Divi THEODORI. I753

I753 Tertia Capella minor ad nomen, et memoria S. MARGARITA Virginis fuit aedificata; ejusdem longitudinis, latitudins, et altitudins ea est, ac suprà descripta Capella S.ti Antonij. I753

Pavimentum habet ejusdem materiae, for,icem ejusdem forma, ac Capella B. Virginis.

Item pares habet cancellos cum similibus ferrei valvulis.

Super Altari+ colitur imago S. MARGARITAE , expressa in tabula non ineleganti penicillo; tabulam ipsam corona auro illita, iterunque alia corona ex opere plastico circumdedit, et ornavit.

Altaria descripta Capellas ad norma instrctionum Fabricae Ecclesiasticae huius S.ta Mediolanensis Ecclesia extructa, et debita Sacra Suppellectilis apparatu exornata reperta sunt.